
Jnc.
s a.
1020 u

H F
NORMAN
M D



BIBLIOTHECA
REGIA
MONACENSIS.

De inſania Democriti philoſophi Facetū epiſtoliū hipocratis medici

BIBLIOTHECA
REGIA
MONACENSIS
Abgegeben
aus den Doppelstücken
der Bayer. Staatsbibliothek

Preſumpte phor insipientie.

Philoſophus medicus vates in plebe vocatus
Accipiat leto carmina pauca tono
Ethereis quicūq; cupit tranare vehiclis
Elyſium diſcat fidus amare deum
Imparet ingenio geniū viciſſe faceſſat
Compos ⁊ affectus perdomuſſe ſuos
Non itidem patriū ſatagat diſtendere regnū
In baratrum metuens ne ſibi terra cadat
Libertas animoſa fugit dum vera ſophia
Mundanis premit̄ lēmate ſtulta ſacro
Non petat Harpias quo māmon quiſq; ſuperbit
Molliciem ſpernat pacis amore fruens
Credulus ⁊ ſimplex ſit cū pietate benignus
Irradiata cherub theophania regat
Militet haud aquilis non nauiget antropofagis
Belial cautem det ſathanas ſcopulum
O ſtolide curis anime perdiſcite letum
Diſcite longanimis ſchōmata Democriti
Inde palingeneſis modulos ne ſeua megera
Crinibus inflexis perfida fila neat
Sollicitet mentem cuſtodis xancta voluntas
Lumine clara beans pectora trinacrio

Th. Vlſenius Cecinit.

Argumentũ epl'e de inſania Democriti

Democritus Abderites inter phos ſui temporis clariſſi-
mus familie ac ſuoꝝ tedio ciuium omiſſa. vt ſic dicam
vita negocioſa heremũ profectus. qui locus nõ lõge ab
vrbe Abdira diſtabat. ſe totũ ocio tradidit atq; ſuꝑ qui-
buſdã hoĩm actibꝰ ridere conſtituit. Quã rẽ cũ ciues ſui
aĩaduerterẽt putãtes ipſuz mente eſſe alienũ legatione ⁊
eplĩs Hippocratẽ. Coum ĩ arte medẽdi eximiũ ad curã
Democriti ceu inſaniẽtis accerſunt. Quã curã aſſumẽs
Hippocrates Abdirã nauigat. Vbi que acta ⁊ q̃ inter ſe
⁊ Democritũ dicta ſunt Damageto cui rerũ ſuarũ curã
domo abiẽs cõmiſerat pñti epl'a ſignificat ſic ſcribẽs.

Epiſtola Hippocratis ad Damagetum

Quod ſuſpicati ſumus illud nimirũ Damagete fuit. nõ
enim exciderat mente Democritus. ſed mente alios lon-
ge anteibat. noſq; ſapiẽtiores effecit atq; ꝑ nos reliquos
omnes mortales. miſi tibi nouẽ chariſſime que vt Eſcu-
lapij vere dicat̃ poſt ſolis inſigne apponas etiã ſalutis.
quoniã curſuz proſpere ita celeri velo perfecit. quod quo
die me iturum promiſerã eo ipſo die Abdirãm applicuit
Quo cum venimus vniuerſos ciues ad vrbis portas di-
ſtare frequentes conuenimus ceu non de nihilo nos ex-
pectantes. nec viros tm̃. ſed etiam mulieres ſeniores pa-
riter. ac iuniores atq; per deos infantes pueros ipſo vul-
tu merorẽ ſignificãtes. Hi quidẽ ſic ſe habebãt ꝑinde ac
ſi Democritꝰ inſaniret. Ille ꝟo eo tp̃e acriꝰ ꝑhabat̃. Vt
aũt me viderũt. viſi ſunt pauſillulũ reſpirare. atq; opti-
me ſperare. Verũ enim philopomenes vt me domũ du-
ceret inſtabat. Nã vt apud eũ diuerterẽ ſcitu plebis erat
cõſtitutũ. At ego inquã o Abderite nihil reſtat mihi ne-
gocij niſi vt democritũ videã. Qđ cũ audierũt me lauda-
rũt letatiq; ſũt. duxerũt me cõfeſtim ꝑ forũ vrbis mediũ

alij ſequendo. alij hinc ⁊ inde ꝑcurrendo. Jupiter rex ad
vnū vociferātes. auxiliare cura. ego vero eos hortabar
vt bono eſſent animo veluti nihil mali tum tꝑis adeſſet
⁊ ſi quid eſſet illud facile poſſe curari. que cum dixi abij.
nam domus non longe aberat. imo vrbs ipſa non mul
to quidē erat cui prope muros inhabitabat Democrit⁹.
Nā cōtra vrbis turrim quidā eminens collis extabat al
tis ac denſis populis amenus. vnde democriti ſtatio vi
debat̄. Ipſe ſub patula frōdoſaq; platano ſolus in ami-
ctu craſſo abſumpt⁹ pallens tenuis atq; intonſus barbā
in lapidea ſede. A dextris aqula quedam iugis e colle de
decurrens lenis reſonabat. quē ſupra collem. vt ſuſpica-
ri pōt. erat locūs nimphis ſacratus. vitibus ex ſe natis
longe vmbroſūs. Eo tꝑe Democritus librū egregie or-
natū ſuꝑ genibus habebat. ⁊ alij ꝗ̄plures circa ſe humi
iacebāt. Coaceruauerat aīalia plura. atq; illa ꝑ totum
diſciderat ⁊ aliqn̄ ſe inclinās curſim ſcribebat. nōnūnq;
ſe cōtinens ⁊ intra ſe cogitās a ſcribendo ceſſabat. Hoc
cū fecerat parūm poſt aſſurgens cogitando deambula-
bat ⁊ aīaliū viſceribus inſpectis. ſuoq; loco depoſitis de-
nuo reſidebat. Abderite vo meſti qui me circū adſtabāt
⁊ a lachrymis vix ſe continebāt. proſpice inquiunt De-
mocriti vitā. Qui vt vides captus eſt. nā quid velit. aut
faciat. neſcit. Atq; illoꝝ quiſpiam Democriti inſaniam
apertius oſtendere volens. Eiulans voce acuta inſtar
mulieris ſuꝑ nati funere gementis. Alius ꝑinde ac quem
genūerat. educ. aūeratue corā trucidaret̄. lugubri vlula-
tu clamauit. Quē gemitū cū audiſſet Democritus ſubri
dens ⁊ quodāmodo deridens paululū a ſcribendo ceſſa-
ūit. atq; caput ſepius cōcuſſit. Tum ego inquā o Abde
rite hic manebitis ego eniȝ cominus profectus ex illinc

ſermone motuqꝫ corporis quid morbi patiat̃ exactius ꝑ
cepero. Hec cum dixiſſem e colle qui erat decliuis ⁊ lubri
cus. minimus etiã vix veni ad illũ. qui cum prope acceſſi
celerrime ſcribebat. Steti expectans donec a ſcribendo
ceſſaret. At ille parũ ſcribendi curſum omittens. meqꝫ ſe
cus aſſiſtentẽ aſpiciens. Inquit ſalue hoſpes. Et tu plu
rimũ viroꝝ ſapientiſſime inquã. Tum veritus arbitror
quod me noĩe nõ appellaſſet. inquit quo te appellas no-
mine. nam ex ignorantia nominis te hoſpitem vocaui
Hippocrates inquã nomen mihi medicus eſt. Tum il
le ex Eſculapij genere fama tui in arte medendi ad nos
ꝑmagna iaȝ vſqꝫ peruenit. Sed que cauſa te huc addu
xit amice. Verũ ante omnia ſede. Vide hic q̃ foliorum
aceruus virens ac mollis ſit ad ſedendũ iocundus. gra-
tior profecto q̃ inuidioſa fortune ſedilia. Cũqꝫ ſediſſem
priuatũ an publicũ te huc adduxit negociũ. Tum ego
inquã vt te virũ ſapientẽ viderẽ. Hec vie cauſa fuit. oc-
caſionẽ patria preſtitit cuius legatione fungor. Tum il
le inquit noſtro primũ vteris hoſpicio. At ego illum ꝑ
omnia experiri cupiens. quis iaȝ inſanire non videret̃.
Inquã ciuem veſtrũ noſti philopomenem. Quinĩmo
ſi demonis ait filiũ. qui ſecus habitat mercurij fontem.
Iſtũ ipſum inqꝫ quo iam ab antiquis hoſpite vtor. Ve
rum tu Democrite me ſuſcipe hoſpicio meliori atqꝫ im-
primis expone quid ſit. quod in preſentia ſcribis. Tum
ille pauſillulum ſe continens de inſania inquit. At ego
Iupiter rex inquã ad ciues in tempore reſcribis. Tum il
le inquit. Quos ais ciues. Ego vero nihil. O Democri-
te inquã. Non enim aduerti qui verbũ hoc mihi excide
rit. Sed quid de inſania ſcribis. Tum ille. Quid enim

aliud inquit niſi quid ſit ⁊ in hoībus q̄uomodo generet̄
cureturue cuius rei gr̄a diſcidi. que hic vides aīalia iſta
non qđ oderim opera dei. ſed inquiro Bilis naturã atq̧
ſitum. Scis em̄ quod Bilis ſupabundās hoīes ad inſa-
niam redigit. que Bilis a natura oībus ineſt. tāq̧ mate
ria quidē bona interdū ſubijciat mala. Tum ego inquã
o Democrite vere ac prudenter ais. quare te beatū iudico
qui tali ocio fruaris. quo frui poſſe nobis non dat̄. Tuz
ille inquit qui nā non dat̄ tibi. Quoniā inquā agri. libe
ri. mutuū. morbi. neces. ſerui. vxor ⁊ alia hmōi oportu-
nitatem nobis auferunt. Tunc vir ille ſuo ſolito morbo
affectus affatū riſum effudit. meq̧ ridens ſubdeſiſit. De
inde tacitus a riſu cōtinuit ſe. Tum ego quid inquā De
mocrite rides. Vtrum probe an improbe que protuli tibi
dixiſſe videor. Tum ille riſit effuſius Abderite qui iſta vi
debāt. eminus plauſerūt manibus. caput alij. alij fron-
tem. nōnulli ſibi pilos euulſerunt. Nā vt poſtea narra
runt. tam effuſe Democritus riſerat nūq̄. Tū ego inq̄
ſapientiſſime viroꝝ Democrite cupio hu9 tui riſus cau
ſam ſcire. vtrū ego an ea que dixi riſu tibi digna videan
tur. vt p te monitus me emendare queam. aut tu corre-
ptus a riſu abſtineas. qui virū nō decet. Tum ille inquit
Hercule ſi me poſſes arguere. ea me curares cura. quali
adhuc curaſti neminē. Tum ego inquā quid argui nō
poſſes. Num vides eſſe abſurdū mores hoīm ridere. aut
morbos. aut inſaniā. aut cedes aut quiduis aliud. Nis
quoq̧ derideri9 inſup nuptias. dies ſolēnes. liberoꝝ educa
tionē ſacra. magiſtrat9. honores. ⁊ omne id qđ boni no
men habet. Nam quoꝝ miſerendū eſt. rides. quibus le-
tandū pari modo rides. quare bonū ⁊ malum apud te

differunt nihil. Tum ille. Iſta quidē probe narras. ſed noſtri riſus nondum cauſam tenes. Quam cum ꝑcepe- ris. curam magis frugem ꝙ̃ legationē iſtā patrie repor tabis. riſuȝ ſcilicet meū. quo ⁊ te ⁊ alios ſapientiores effi cere poteris. Pro qua re medēdi artem me forte viciſſim docebis. cognoſcens quāto niſu quibus nō eſt innitēdū mortales imitamur. ea cōtinuo inquirentes facienteſꝙ̃ que non hoīe ſed riſu tm̄ digna ſunt. Tum ego per deos immortales inꝙ̃ ſi totus orbis terre ſe egrotare ignorat. nec tenet vnde curā querat. extra mentē exiſtit. Tum il le inquit ignorantia orbis multa eſt Hippocrates. Na turā vero locupletem paruȝ conſiderat. Tum ego o De mocrite iſta ſuo tempore me docebis. Vereor eniȝ nedū orbis inſcitiā apperies. iam nūnc ridere incipias. Solue nunc tui riſus cauſam ⁊ vite tue rōnem da. Tuȝ ille me torue aſpiciēs inquit. Tu mei riſus cauſas duas eſſe pu tas bona ſcilicet ⁊ mala. Ego tm̄ rideo hoīem ignoran tia plenū ac recte factis oīno vacuū. qui omnibꝰ ſuis ce- ptis puereſcens ſuperfluis ⁊ nociuis laboribus ſe conſi- cit. Nā extrema terrarū ⁊ receſſus extremos plus ſemꝑ habendi cupiditate peragrat. argento ⁊ auro vt potiat̃ ab inquirendo nūꝙ̃ ceſſat ⁊ vt plus poſſideat. cū ſemꝑ ſit anxius ſine rubore ſe beatuȝ appellat. Nunc terre hia tus ſeruoꝝ manibus perfodit. Quo in opere. alij a terra fungida ſuperincidente necant̃. Alij diu id facere coacti tanꝙ̃ in patria illic vitā in cruciatu degunt. inquirēdo aurū ⁊ argentū pulueris veſtigia perſcrutat̃ harenam vndiꝙ̃ coaceruat. ⁊ terre glebas ſcindit affatim. atꝙ̃ ter ram matrem ceu hoſtem fodiendo euiſcerat. ⁊ quaȝ ad miratur eandem continue calcat. Quantus hic riſus.

Terram abſconditā cupit. ⁊ que patet illam aſpernat̃. Canes alij emunt. alij equos nonnulli infinitos agros ſibi aſcribunt. Et cum alijs dominari velint ſibi ipſis dominari nequeunt. Vxores ducere properāt. nō multo poſt illas repudiant. Quez amant eundē item odiūt. liberos gignūt. illos abdicāt. que ſollicitudo vana profecto eſt. pariter ⁊ abſurda. ⁊ ab inſania differens nihil. bella inter ſe gerunt. aduerſant̃ parentibus. regibus inſidiant̃. hominū cedes peragunt. Terram fodiunt vt argentum adipiſcant̃. argentum adepti. agros emunt fructus agrorum deinde vendūt. fructus vendentes pecuniam denuo capiunt ⁊ infodiunt. Heu in quantis rerum volutabris voluunt̃. Pecuniam qui non habet illaz habere ſtudet quā poſtq̄ȝ habet. illā abſcondit atq̄ȝ celat. Huiuſmodi anguſtias quibus homines iugiter implicant̃ cum aſpicio. riſus abunde effluit. Ad hec viri hoſtiliter inuicem altercādo. leges preuaricant̃. Naz litigant cum fratribus. cum ciuibus digladiant̃. non verent̃ parentes. Et iſta agunt pro rebus caducis. quarum nullus mortaliū dominus exiſtit. Per nephas ſe mutuo cedunt violenter occidunt. amicis ⁊ patrie ſubuenire deuitant. indigna ⁊ exanimata diutius exornāt peculiū in ſtatuis emendis erogāt. eo qḋ loqui ſibi apparent. Sed qui vere loquunt̃ illos odiūt. aliena ſemꝑ cōcupiſcūt. Etem̄ qui aridā colūt. mare affectant. Et ecōtra inſulas colentes aridā cupiunt. atq̄ȝ oīa conuertunt ad eoꝝ cupiditatē. Et cū fortitudinē laudent in bello. varijs affectibꝰ quotidie ſuꝑant̃. quibꝰ mētis oculuȝ eluſcati. vitā ſine ꝯſilio ducūt. qui ergo hūc meū ꝯtineā riſuȝ. cū ipi nō cōtineāt inſcitiā ſuā. ſed alꝰ aliū derideat.

CN 81396

Nam qui ſe putat eſſe ſobriū ebrios deridet. aliūs amantem aſpernat᷑. cū ipſe grauiori morbo laboret. alij pro ridiculo habent nauigantes. Nonnulli agroꝝ cultores. cum ipſi digniores ſint riſu. nam ⁊ artibus ⁊ opere inter ſe diſſonant. Tū ego inqꝫ o Democrite iſta quidē ſunt dicta ſatis apposite. nec ratio vlla eſſet magis apposita ad indicandū mortaliū fragilitatē. Verū negocia domeſtica vrbana pariter ⁊ forenſia quibus homines verſari oportet. imponūt nobis neceſſitatis legem. Nō eīm ad ignauiā neqꝫ ſegnitiem natura hoīem genuit. ſed ad agendū. verū ex huiuſmodi artibus ſtudiū gloria ebulliens animū multoꝝ. q̄uis recte ſentiāt ſepius ⁊ frequenter decipit. qui tn̄ ne ruant oīa tentant. Sed ob rerū obſcuritatē caſum cauere ratione nequeūt. Nā quis vnqꝫ mortē vxoris aut diuortiū exſpectauit. aut corruptelaꝫ liberoꝝ aut perditionē agrorūꝫ. aut nauiū ſiue regni ſui exercitus aliorūqꝫ iacturā bonorū. nullus enim cadere p̄ſumit. Quippe ſpe bona quiſqꝫ ducit᷑ atqꝫ peioris non recordat᷑. Igit᷑ hic tuus riſus nūquid eſt ſup̄ his valde incongruus. Tum ille inquit. Tardus quidē es ingenio ⁊ a mea ſentētia lōge alienus Hippocrates. qui animi motus ⁊ quietis modū ex ignorantia metiris. Nā hec ipſa que dicis ſi recta mēte ſequerent᷑ ab omni anguſtia ſe facile eriperent atqꝫ meū riſum ſedarent. Nunc vero his in rebus ceu ad vitā neceſſarijs inſanientes excecant᷑ qui recta intelligentia motus ordine carentes diſcere negligunt. nam celeris ⁊ crebra rerum accidentiū indiem ⁊ continua fortune mutatio abunde cuiqꝫ exhibet conſiliū. At certa in re atqꝫ tranquilla varijs affectionibus affecti. aliter ⁊ aliter cupiunt. ea que nihil conferunt ⁊ illis inuoluunt᷑ quibus poſtmodū ſunt dolituri. Verum

nim q̄ omnia pro viribus cogitat. ſeſeq̄ʒ cognoſcit ſi
ne caſu vitā perpetuo ducit atqʒ conditionē ſuā apte cō-
ſiderans ad cupiditatē plus ſemꝑ habendi animuʒ non
tendit. ſed locupletē naturā ac nutricem oīm pre ſe ferēs
abunde ſatis vitaʒ ꝑtranſiret. Queādmodū enim in bo
na corporis habitione periculū morbi ſepius ineſt. ſic in
magnitudine proſperitatū nihil ſubeſt diu tutū ⁊ in ad-
uerſis qui ſit animo fortis liquido apparet. multi q̄ ſunt
prope non videntes ſua quadam affectione pereūt. Que
vero clara ſunt ceu ſub nube tuenť. Et cum longā ho-
minū vitā pro ſpeculo habeant. ſuꝑ his que fieri aut nō
fieri cōuenit. qua potiſſimū re futura prouidenť. tanto
aciem magis obtundūt. Hec ⁊ huiuſmōi meus ſunt ri-
ſus. Stulti quidā homines ex inſperato nequitie cupi-
ditatis auaricie inimicitiarū doli inſidiarū inuidie atqʒ
aliarū animi affectionū quarū multiplicē difficile eſſet
molitioneʒ exponere in diem penas continue dant atqʒ
vt ſummatim dicā ignorantia oībus dominať. Nam
ꝑuerſe cū rem teneant. doloſis captionibus concertant.
quippe que virtus ſpectat mores. illā ad deterius ſemper
deprauant. eo qđ voluptates ⁊ mendacia ſemꝑ ſequunť
legeſqʒ aſpernanť quod hinc vel maxime ſcire licet nam
alter alterius ignorātiā culpat. cū ipſe viſu audituqʒ ca-
reat. qui duo ſenſus in hoīe ſunt precipui ad futurū ⁊ qđ
inſtat conſulendū. Iſta deinde cū grauiter ferant eiſdē
denuo ſe implicant. Nauigare enim execrantes item de
nuo nauigant cultus agroꝝ omittentes. rurſus agros
colunt. Vxorem repudiantes ab integro alterā ducunt
⁊ quos genuerunt cum ſepelierint. alios confeſtim edu
cant. ſenectutē optant. illam adepti criminanť in nullo
ſtatus conſilio ꝑſeuerant. Reges ⁊ principes vitam pri

natā approbant. priuati vo regiam affectāt. Qui ocio ſunt dediti negocioſos laudāt. Negocioſi econtra ocioſos vti tutiores laudibus efferūt. locupletes vitā tenuez preponunt. tenues locupletū vitā expetūt. ceu magis copioſam. At vitā quietis que plane lucida ⁊ ſine caſu eſt nec diſcere vult quiſpiā. ⁊ eam ingredi audet nemo. Sz in aduerſa que dura aſperaue eſt omnes ferunt̄ p̄cipites Qua in via qui incidunt. incidunt aūt q̄z plures. non ſecus anhelant q̄z quos hoſtes pſequunt̄. ⁊ qui primi eſſe putant̄. vltimi reperiunt̄. Quidā impudentia confuſi. cū ſuos amores habeant ſuſpectos. alterius lecto furtiz tabeſcūt. Alios inſanabilis auaricie morbus cruciat. alij inuicem cum impetū ruunt. Nonulli glorie ſtudio ad aſtra elati viciorū mole ad imam vſq̄z corruunt. quidam fodiunt vt edificent ac edificando gaudent. quos poſtmodū penitet operum ſuorum. amicitie iura tollūt ⁊ illam in odium vertunt. pximos expugnāt pariter ⁊ propinquos. ⁊ harum rerum auaricia auctor eſt. Et cū nihil differant a ludo puerorū qui nihil conſilio per etatem agunt. Sed que ſibi iocunda vident̄ pro cupiditate tantum ſequunt̄ a brutis animalibus ſuperant̄. Nā animalia bruta cuz ſue cupiditatis ſatura ſunt pro tempore quieſcunt. nec vt plus habeāt querūt. nullus vnq̄z leo humi aurum abſcondit. ſitit aper quouſq̄z aqua ſatur ſit. Lupus quo ad ſe expleat deuorat. Sed ſatur factus poſtmodum quieſcit. Pardus vltra expletionem nihil tunc vlteri⁹ querit. Thaurus paſcēdo explet⁹ a pabulo deſiſtit. At hoī vt ſe expleat nec dies nec noctes ſatis ſunt ferarū. coit⁹ annuz fere ceſſat. homo aſſidue irretit̄.

Num ridebo hominē qui ſuos fleat amores: a quibus
cum peculiū preſumpſit excluditꝰ. Num ridebo homi-
nem qui maiori pondere nauim onerauit. cum iacturā
nauis deplorat. Hec ⁊ ſimilia Hippocrates non tibi vi
deor iure ridere. Velim equidē validiorē quampiam mede-
lam poſſe adinuenire. ſed non eſt opus medela etiam ſi
Peonis eēnt farmaca. Qua in re progenitor tuus Eſcu
lapius ſatis eſt nobis exemplo. qui cū ſalutē mortalibꝰ
preſtitit fulmen pro gratia reportauit. Non tibi videor
euiſdem eſſe ſortis. qui vt inſanie cauſas queraz anima-
lia occido. atqꝫ vt vides hic ſcindo. Sz ea cauſa ex ipſis
hominibus eſſet inquirenda. Num ſentis totuz orbem
odijs ⁊ ſimultatibus plenū ⁊ morbos in eo affatim coa
ceruatos. Num homo ab ipſo ortu totus eſt morbus.
Puer inutilis. adoleſcens ſtultus. qui pedagogi manu
regitꝰ. iuuenis ardens ac efferatus. vir ambitioſus. ſenex
delirus. atqꝫ miſer qui vitam ſuā abſqꝫ ratione conſum-
pſit. Talis enim ex vtero matris naſcitꝰ homo. Nam
alij ira tument. alij ſtupris ⁊ adulterijs ſtudent. alij alie
na cupiunt. nonnulli ſua ſine fruge conſumunt. O ſi mi
hi poteſtas daretꝰ domus omniū poſſe aperire. ⁊ que in-
tus fiunt palaz proponere. videres alijs crapula ventrē
diſtēdi. vino ingurgitari. alios vomere. alios tedio an
gi. alios venena miſcere. alios inſidias tendere. alios cal
culum conficere. alios letari. gemere alios. quoſdaz in
amicū etiam cauſam conſcribere. alios inani gloria mē
te excidere. ⁊ alia his non minus perturbatiora in homi
num animis verſari. Nam iuuenes pariter ⁊ ſenes aſſi
due petunt abnegant. laborant mēdacijs pene ac lucro
ſordidi. alij delicijs natant. alij fame cōficiuntꝰ. alij ſepe-
liunt bona. alij que poſſidēt paruifaciūt ⁊ ad ſpes maio-

res animū ſemꝑ tendūnt. Inſuper alij ſunt impūdētes.
alij tenaces. alij inexplebiles. alij oſcitantes. alij abiecti.
alij elati. inſolenteſqꝫ. alij ampulloſi ⁊ opinione. Nec p̄
ter alij canibus. alij equis. alij ſtatuis. alij gēmis. alij ta
bulis. alij legationib⁹. alij armis. alij ſacris. alij coronis
alij cedibus. plures rapinis ſolliciti ſunt. Hi omnes im
petu ferunť. Ali⁹ ad bellū nauale. Terreſtre alius. alius
agros. alius ad forū. alius ad roſtra. alius ad ſubſellia.
alij ad theatrū. alij ad proſcribendum. alij ad volupta
tes. alij ad intemperantiaꝫ. alij ad ſocordiam. alij ad de
ſidiam. Hec ⁊ huiuſmodi inepta ⁊ ſine ratione morta-
liū ſtudia cum intueor. me a riſu continere non poſſum
o Hippocrates. Accedit ad hec q̊d artem medēdi haud
quaqꝫ habent acceptā. nam moroſi ſunt auſcultando. ⁊
ſapientiam vocant inſaniam. Sepius ab egrotantib⁹
accepi. qui dicerent artem tuam ſibi nocuiſſe q̄ꝫ plurimū
ſiue id inuidia ſiue ingratitudine dicāt. quippe qui egro
tant ſi quando liberanť gratiam dijs vel fortune agunt
multi etiaꝫ praui natura eos odiunt a quibus beneficiū
receperunt. ⁊ egre ferunt quod putenť eos alicui eſſe ob-
noxios. Nonnulli cum inertes ſint ⁊ ignari preſtantio
ribus inimicanť. Iudiciū eorum in ſenſu tantū cōſiſtit
Q̄ꝫ animi affectu nec id fateri. nec eius eſſe artis atteſta
ri velint. Idqꝫ ex inuidia p̄cipue oriť. Nec tu es inſcius
eiuſmodi nugarum. Quibuſdā ex affectionibus non re
probādis omnino quas hactenus es ſecutus ſiue rei ſiue
obtrectationis gratia. Stude igiť ridere cū nulla apud
mortales veri cognitio exiſtat. ſed ſtulti vndiqꝫ ⁊ vn-
diqꝫ ſunt ſtulti. ⁊ hec dicens ſubriſit. Mihi quideꝫ o Da
magete deo ſimilis viſus eſt. atqꝫ oblitus eiūs forme prio

ris inq̄ꝫ o magne hoſpes Democrite. magna quidē mu
nera ex hoc tuo hoſpitio in Coum patriam reportabo.
Nam admiranda ſapientia tua opipare me excepiſti.
reuertar tuarum laudum preco. qui nature veſtigia ſe
quēndo verum tenes. locutuſq́ꝫ es. Sed cuꝫ mei animi
cultum iam abs te perceperam me permutabo. Nam ⁊
hora ita hortat̄ ad tui corporis admodū curam. Cras
curſum hic tibi adero. ⁊ hoc dicens ſurrexi. meq́ꝫ ſequi
velle paratus erat. Accedenti cuidam neſcio ex quo lo
co pugillares reſtitui. atq́ꝫ abij feſtinans ad Abderitas
qui ceu in ſpecula me deſuper expectabant. Ad quos cū
veni inquā viri Abderite. gratia vobis multa ex veſtra
legatione a me habet̄. Democritum nāq́ꝫ virum ſapien
tiſſimū vidi. Qui ſolus homines moderatos facere pōt.
Hec habeo Damagete que de Democrito ſcribere poſſuꝫ
idq́ꝫ profecto libens.

Idem Aureum Maronis ramū qui Enee ad Elyſiū tendenti fuit neceſſarius fidē eſſe ⁊ non aliud. Adolpho Occoni Archijatro Conterraneo ſuo Clinicū maturāti Scommaton indicat.

Occo ſub elyſias iam nunc reuocate camenas
Neſtoreos vtinā videas feliciter annos
Cauchiacam ſacro rutilans fulgore dianam
Dum mors victa nouū piſcat̄ germen eoo
Vellere floridulū tuctata polhymnia rombum
Regia mirificis redimita in cornua ramis
Carmine hieremico mittit que ciuibus vrbem
Fleuerat orbatam ⁊ lapſantis menia templi.
Aurea ſax fidei lita ſanguine tela draconis
Nulla timet quam nec fragor hoſticus vrget ab alto
Erea roſtra ciens muro dum ferrea limat
Vincula vis impacta quatit qua regis hiarbe
Sceptra nitent meminiſſe piget qua ſaxa relidunt
Allophili veniā mecum per inhoſpita tecta
Muſa dabis. hiebuſaice dum prelia turme
Dura gero cohibens ergaſtula ſeua ſecuri
Caſſide debilior dum tranſmigranda ſub aſſur
Mānoneam pacis fraudem mens intellexit.
Ethereo eſt pietas thalamo ceſſiſſe colubros
Degener haud implet natali gurgite lactis
Deſueſcam nutricem abolens de pectore ſyon
Miſtica dum frangit petulans anathemate regnū
Organa. candeſcunt mānis tentoria patrum
Hieruſalem dum plaſmo fide canis improbus abſit

Qui volet in lucos hecates velare latratu
Siquod ab archana rapit audax ſpiritus homo
Aureolum vimen vanis preſigne tenebris
Nam cahos eſt vanum quicquid ſub ſole nouamur
Conſilium ſapiens vite luſtramen aquai eſt
Semper ſilua virens ſemper cum luce choruſca
Ethereū ſtillans lichnis pia balſama rorem
Dum bona turba ſalit nihil hac mihi triſte repertū
Metropoli ſeu nube velim ſiue ignea teda
Noſcere quis furijs inter precordia mixtis
Obſiſti qua naue vehi quam degere vitam
Quo clipeo canis conſidat pruna fauillis
Pruna metalloſa que nidet pectore menſa.
Ordiar a longe tagicas ſi prodere harenas
Vndiqꝫ digrediar caput ⁊ male coctile Baal
Effigiem quod gaza colat. non vngue ſub vnco
Stimphalis abripiens ambeſis inuida malis
Vendicet in laceram mentito vellere pallam.
Sancta fides Abrahe nutrix reginaqꝫ rerum
Da precor alma diu noſtros cōuertere mores
In melius. Da pacis agrum tranſire quietum
Et chriſtum ſentire pium que maxima lex eſt
Eſt via dextra crucis virtutum tendere collem
Omnigenū vite ſpeculum lucuſqꝫ piorum
Qua Damianus ouans ⁊ Coſmas phillis in arte
Biſſeptem cincti ſtellis tranſcendere nimbos
Creduntꝰ. celſos vbi cantat oſanna michael
Vmbricius regens populos in lumine vero
Quāuis hanc legem nembroth preſcribat in ollas
Omnis vt e portis renomatꝰ ſulfur ab auſtri

Flamine diuinos ſi menia cernit in ignes
Attamen arridens chriſtus mihi preſit ⁊ vnum
Corrigat aſcendens quod morte morte recalcet
Vnū non aliud porrho quod raphanus angat
Scilicet vt nature opifex concordia conſors
Omnibus aſſiliat fibris. ſi deſerit vnum
Ex nihilo virtutis opus pro pace reſurgat
Sidera pace domans cōfirmans terrea pace.
Chriſte ſalus hominis requies ⁊ certa laborum
Chriſte refrigerij vultus qui per vada glauca
Carcereos exoſe ſitus mare flumina ventos
Ore ſuperfuſus patrio moderaris vtrinq;
Qui vis humectam ſacro ſputamine terram
Liniri cecos oculos vegetabilis adſtans
Pertrectare lutum mentis ſiloa beate
Immeritus qui xancta canam remeabilis Adam
Extrahor ad digitum verbi per ſecula veri
O verbū predulce nimis lux oībus ⁊ ſpes
O mihi ſi liceat tibi gratum ponere templum
Templū quod fabricet pietas quod morte ſolutum
Tercia reſtituant furiate verbera lingue
Et pius eximijs Cillenius ambiat alis
Et Jouialis apex ignitum ſaluet abenſe
Fulminis ethereo tunice noua prelia nate.
Aſt ego te cumulem mirrheq; ⁊ thuris ⁊ auri
Muneribus. venerans Jeſum per paſcata ſabbe
Qui reparat facilem nihili de flamine mundū.
Hec vtinā placidos tetigiſſent ſchōmata muſcos
Dulcis Adolphe tibi virtutū pretereuntem
Audiſſes dominū qui diuam ſcandit in irim

Audiſſes dñm nec lapſa mente iaceres
Audiſſes dñm cui beſtia nulla repugnat
Beſtia cordis egens ſoluit ſapientia nodos
Sed modo phineijs dapibus rodopeius hebrus
Seruaret doctam putri de ſanguine frontem
Dum legis radium ſublimi nactus ab ethra
Inciſas moſis tabulas tremebundus haberes
Campus acheldemach eſſent et maxima regum
Signa palingeneſis atqꝫ heſpera poma mineruę.
Nunc frondoſa tibi ramis felicibus arbos
Creſceret. et viridi deflorens inde oleaſtro
Truncus ab edocti tegeret̃ cortice libri.
Flatile nec virus neqꝫ parthica harundo noceret
Lubrica ab vmbroſo quã fert dominatio mundo
Vſqꝫ charon tetrica ſubuectans nauta palude
Rex erit auratos gemina vertigine ramos.

Eiuſdem cūra morbi Francici.

Si tibi vis ſedum membris depellere morbūm
Lichnica cruſtoſis vlcera limitibus.
Ethereā ſapiens primū componere mentem
Fortior inſurgas ſpeqꝫ ſideqꝫ pians
Nutrieris frugi ſtupidas in bella cohortes
Templaqꝫ muneribus accumulando nouis
Non trepides fatum. non ſit fera mortis imago
Vult animos faciles vult pia corda deus
Tangere non metuas plagas ſale. ceſpite thure
Jordanēqꝫ bibens ceu puto ſanus eris.

Fidei ac integritati. S.

BIBLIOTHECA
REGIA
MONACENSIS

Abgegeben
aus den Doppelstücken
der Bayer. Staatsbibliothek

13093

C+p AF 1-11-07

B.b Fkt

R
126
.H6
H62
1503
c-1

B.F 34

Collated complete/Norman
BMC II, p. 349

4102603